Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8200
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et uictoriosissimam mortem domini
nostri Jesu Christi nostra morte absorpta
uitam te nobis dedisse perpetuam glori,
emur. O uita perpetua o lux sempiterna.
o salus eterna. o uera et iocunda eterni,
tas. o benignissima charitas que in
deum triumphasti. traxisti incomutabilem
uicisti inuincibilem: ligasti omnipotentem
eternum fecisti mortalem durissima et
horrenda mortis patientem tormenta.
O amor eterne qui semper ardes et nun,
quam extingueris charitas deus meus
Accende me tui spiritus igne et perure ut
ualido amore diligam te et omnia torme,
ta tua. Ipsam quoque mortem paratus
sum non solum patienti sed etiam sitie,

19